



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Sectio Prima. De Sacramento Ordinis receptiores sine lite sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80513](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80513)

LIBER XXIII ORDO.

Sacramenti Ordinis expendo essentiam, institutionem, ac numerum. Eius Materiam & Formam enuncio. De Ministro, ac Subiecto dissero. Eius expono Effectus: & quo tempore conferendus sit Ordo definio.

SECTIO PRIM A.

De Sacramento Ordinis receptiores sine lite sententia.

CAPVT I.

De Essentia, Institutione, ac Numero Sacramenti Ordinis.

ORDO, per quem in Ecclesia quidam quasi gradus officij, dignitatijque confertur, Sacramentum est, quo spiritualis potestas circa Eucharistiam in Missæ sacrificio traditur. Dicitur Sacramentum, quia habet illa tria quæ ad rationem Sacramenti requiruntur, nempe signum externum, quod est manuum impositio: promissionem gratiæ: & mandatum. Dicitur, *Quoniam spiritualis potestas traditur*, sic enim significatur per formam, quæ solet proferri: *Accipe potestatem*, &c. & ita ab illa externorum verborum forma diuina virtute profuit Character Ordinis, tanquam proxima actiua potentia, per quam ordinatus ea quæ sunt sui Ordinis exercet. Dicitur, *Circa Eucharistiam* mediâtè vel immediâtè. Potestas immediata est illa, quæ directè confici potest Eucharistia, & hæc in Sacerdotali Ordine confertur. Potestas verò mediata est illa, per quam exercetur aliquod ministerium, quod dirigitur ad Eucharistiam tanquam ad finem, quod ministerium in singulis Ordinibus reperitur. Conc. Trid. sess. 23. can. 3. Vasq. tom. 3. in 3. part. dist. 23. cap. 2. Marchin. de sacram. Ord. tract. 1. part. 1. cap. 4. Valent. tom. 4. dist. 9. quest. 1. punct. 2. Sylui. in supplem. 9. 3. 4. a. 2. & 3. Pefanti. in supplem. 9. 4. d. 1.

Apud hoc Sacramentum vocabulo Ordinis appellatur. Quia cum Ordo iuxta Augustinum lib. 19. de Ciuit. cap. 13. Sit parium dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio, & in Ecclesia sint varij Ministri, gradus multi, variæque ac diuersa munera inferiora media, ac superiora recta ratione collocata.

ideo hæc Clericorum classis veluti *terribilis castrorum acies ordinata*, vocabulo Ordinis congruenter recensetur. Præfati Doctores.

Hoc Sacramentum creditur à Christo Domino in vltima Cæna institutum fuisse, cum Apostolis suo corpore, sanguineque refectionis, illa verba adiunxit: *Hoc facite in meam commemorationem*. Luc. 22. Quibus verbis Christus contulit Apostolis Sacerdotalem authoritatem, eisque, ac eorum successoribus in Sacerdotio dedit præceptum consecrandi, vt patet ex Tridentino sess. 22. cap. 1. Contulit autem Christus per excellentiæ potestatem Apostolis omnes Ordines simul. Quia sub principali, quod est Sacerdotium ceteri omnes comprehenduntur, tanquam participantes licet imperfectè potestatem aliquam circa corpus Christi ministrandum, & Sacerdoti inferuendum. Henric. lib. 10. cap. 3. Reginald. lib. 3. cap. 3. Bonac. de Sacram. d. 8. q. vi. punct. 1.

Nostri temporis Hæretici tres tantum Ecclesiasticos concedunt Ordines, Episcopatum, Presbyteratum, & Diaconatum: reliquos Ordines humanum adinuentum esse dicunt. Catholica tamen est veritas septem saltem Ordines semper fuisse in Ecclesia, nempe *Ostiarium, Lectoratum, Exorcistatum, Acolytatum, Subdiaconatum, Diaconatum, ac Presbyteratum*. Quia id expressè definiunt generalia Concilia Romanum sub Syluestro cap. 3. Laodicense, Chalcedonense, Carthaginense IV. cap. 3. cui D. Augustinus interfuit Florentinum sess. 23. can. 2. Num Episcopatus etiam sit Ordo sess. 2. discutiam, idemque de prima Tonsura problematice aperiam.

Cardinalatus non est Ordo Sacer, nec Characterem imprimit, nec fuit à Christo Domino institutus. Quia nos habet consecrationem aliquam, nec materiam, nec formam. Vnde Patres, Concilia generalia, summique Pontifices cunctos sacros Ordines enumerantes, de gradu Cardinalatus nullam gessere mentionem. Est solummodo Ecclesiastica dignitas Eminentissima à Pontificibus antiquitus inducta, vt sibi in Ecclesiæ regimine Assessores, & Consiliarios haberet.

SCOBAR
neof. Mon.
Tom. II. IV.
F. IV.

haberet, eo modo, quo Moyses libi septuaginta seniores asciuit. Proinde potest hac dignitas à Papa extingui: & consequenter non erit de iure diuino, neque Ordinis Sacramentum. Bellarm. lib. 1. de Cleric. cap. 16. contr. 5. Sotus in 4. d. 24. q. 2. art. 4. Azor. p. 2. lib. 4. c. 1. q. 3.

6 *Papatus non est Ordo.*
De Papatu certum est apud omnes Theologos cum non constituere Ordinem ab Episcopatu distinctum, neque distinctum Characterem imprimere. Quia Ordo est Sacramentum constans ex materia & forma: sed Papatus nec habet materiam, nec formam peculiarem: Ergo non est Ordo. Et quia, quamuis Papa habeat maiorem potestatem iurisdictionis, quam Episcopus; tamen in potestate conficiendi Corpus Christi, consecrandi Episcopos, confirmandi, & ordinandi sunt aequales: sed in huiusmodi potestate consistit Character Ordinis: Ergo Papatus Ordo non est. D. Thom. lib. 4. contra gent. cap. 76. Bonac. de sac. dist. 8. q. vii. punct. 1. n. 5. Sotus in 4. dist. 24. q. 2. art. 4. concl. 2.

7 *Sacerdotalis Ordo non est Sacramentum.*
Controuersia est inter Doctores, num singuli Ordines sint vera Sacramenta, (de quo scilicet 2.) Extra controuersiam autem est, Ordinem Sacerdotalem esse verè ac propriè Sacramentum Trident. sess. 23. cap. 2. & can. 1. Si quis dixerit, non esse in nouo Testamento Sacerdotum visibile externum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi, & offerendi verum Corpus & Sanguinem Domini & peccata remittendi, & retinendi; sed officium tantum, & nudum ministerium predicandi Euangelium vel eos, qui non predicant non esse Sacerdotes, anathema sit. Quibus verbis Concilium omnes haereticorum imposturas per breui Oratione refellit. Omnes Theologi in 4. dist. 24. & Canon. in cap. Ad abolendam, de haereticis. Ex sacris literis, Patribus, Conciliis, ac rationibus probatur à Marchino de Ord. tr. 1. p. 1. c. 12. & Valentia d. 9. q. 1. punct. 4.

8 *Cuncti Ordines vnum Sacramentum dicuntur.*
Dato quod ex communi sententia Ordines minores Sacramenta sint: tamen cuncti Ordines dicuntur vnum Ordinis Sacramentum. Et hac vnitas est integralis, quatenus sicut ex pluribus membris habentibus diuersa officia, accidentia, & operationes vnum corpus integratur: ita ex pluribus ordinibus vnus integratur Ordo, ex qua integritate completè, ac perfectè Sacramentum Ordinis constituitur. Vel dixerim, Ordines esse vnum Sacramentum vnitatis finis, ad quem omnes vltimate ordinantur, qui est, dignè offerre Eucharistiae Sacrificium, vel in eo ministrare. Marchin. tract. 1. p. 1. cap. 15. n. 14. Filliuc. tract. 9. num. 15.

CAPVT II.

De Materia ac Forma huius Sacramenti, de singulorumque Ordinum Officiis.

9 *Materia proxima est remota Ordo.*

 Vm in cunctis Sacramentis materia remota ac proxima reperitur: materia remota Sacramenti Ordinis est instrumentum aliquod, quo Ordinibus initiando traditur in potestatis spiritibus recipiendae documentum. Proxima verò est eiusmodi instrumenti traditio ab ordinante: &

eiusdem ab ordinando acceptatio. Non est opus, eam materiam esse consecratam, propter quod Christus suo contactu vsque Calicem, ad quem tanquam ad finem cetera reuocantur, consecrauit. Bonac. de Sacram. dist. 1. quest. 2. punct. 1. Filliuc. tract. 9. num. 29. & 30. March. tract. 1. part. 1. c. 16. n. 25. Reginald. lib. 30. n. 7. Valsq. dist. 236. cap. 3.

Contactus materiae est de essentia Sacramenti, ita vt non censeatur ordinatus, qui materiam realiter, ac physicè non contingit. Quia in omnibus aliis Sacramentis, si non sit Physicus contactus, Sacramentum est nullum, vt patet in Baptismo, Confirmatione, & Extrema-Vnctione: Ergo idem fatendum in Ordinis Sacramento. Et quia oportet ad valorem Sacramenti, veritatem eius formae adimpleri: dicitur enim, Accipe hoc, aut illud; quibus verbis imperatur contactus corporalis; si ergo contactus non fiat, formae veritas non implebitur, & ita nullum erit Sacramentum. Et quia Gregorius I X. in cap. Presbyter, de Sacram. non iteran. Apostolica traditione tactum corporalem in Ordinationibus necessarium esse praescribit. D. Thom. in 4. dist. 24. quest. 1. art. 1. quest. iunc. 5. ad 3. Paludan. quest. 1. art. 1. Viguer. cap. 16. §. 6. Valent. dist. 9. quest. 1. punct. 5. Coninch dist. 20. dub. 7. numero 7. Marchi. tract. 1. part. 1. c. 16. n. 10. Fernandez p. 3. cap. 11. §. 6.

Haud tamen hoc ita est intelligendum, vt in Sacerdotio necessum sit hostiam & vinum immediate attingere; sed sufficit Calicem tangere & patenam. Quia qui attingit Calicem moraliter censetur attingere vinum in eo contentum: & qui attingit patenam, censetur etiam attingere hostiam in ea existentem. Quamuis tutius sit attingere patenam, & hostiam immediate iuxta ritum Ecclesiae, ne ordinandus se periculo exponat non recipiendi Ordinem. Sotus in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. Nufus in supplem. 3. p. 9. 34. art. 5. Diana p. 2. tr. 16. resol. 3. & part. 3. tract. 4. resol. 185.

Scio à grauibz Doctoribus affirmari probabiliter admodum, non esse necessarium, vt ordinandus necessitate Sacramenti, tangat physicè materiam: sed sufficere, si extensione manuum, vel alio signo sensibili aequipollente significet, se talem materiam ei ab Episcopo oblatam acceptare. Quia traditio instrumentorum tantum deseruit ad determinandam potestatem, quae datur: sed ad hoc non requiritur contactus, sed offensio praesens cum signo acceptatio; quia non est eadem ratio, quae in Baptismo, Confirmatione, & Vnctione: non enim dicitur quis lauari, vel vngi, nisi aqua vel oleum eius corpus attingat. Verum contactus materiae saltem erit de necessitate praeccepti Ecclesiastici; vnde si Ordinandus scienter omitat, vel permittat Episcopus, lethaliter peccabit uterque. Quia esset contra omnem Pontificalem Rubricam grauis transgressio. Aluert. in 4. d. 24. Henriq. lib. 10. cap. 10. lit. B. Valsq. dist. 246. c. 2. num. 19. & 20. Laym. lib. 5. tract. 9. cap. 5. num. 4. Hurtad. tract. de Ordine diff. 15. Filliuc. tr. 9. num. 34.

Neque ad substantiam huius Sacramenti, imò neque ad praecceptum implendum, debet fieri simul hic contractus simul esse in eodem instanti Materiali cum verborum prolatione: sed sufficit si simul sit moraliter, id est, sine mora interposita.

Seccio I. De Ordine recept. Sententiæ. 201

posita. Quia cum simulare morali Sacramentum significatio subsistit: siue ergo prolatio verborum ante vel post contactum fiat, nihil refert. Henric. lib. 1. cap. 9. num. 10. Laym. lib. 5. tract. 2. cap. 7. num. 8. Victor. de Baptism. cap. ult. Diana p. 3. tract. 4. resol. 6. & p. 5. tr. 5. resol. 40. & tr. 13. resol. 48.

14 Materia remota sacerdotalis ordinis est Calicis cum vino, & patena cum hostia: materia vero proxima est traditio Calicis cum vino vitis, & patenæ cum hostia triticea. Qua traditione secuta si moriatur Episcopus antequam illa verba proferat: Accipe Spiritum Sanctum, quoniam remiseris peccata, &c. remanet quidem Sacerdos initiatus ordine Sacerdotali ad consecrandum Corpus & Sanguinem Christi, quamvis, his verbis prætermisissis, imperfecta sit Sacerdotalis potestas, cum Sacerdos nequeat à peccatis impendere absolutionem. Vnde duplex materia Sacerdotij assignatur: prima est traditio Calicis cum vino, & Patenæ cum hostia, quæ est potestas offerendi Sacrificium. Secunda est impositio manuum unâ cum verbis: Accipe Spiritum Sanctum &c. Vtraque autem est essentialis, quia distincta potestas confertur. Hinc ordinatio Sacerdotis constat duobus partialibus materiis ad sui perfectionem essentialiter requisitis: & per unamquamque noua supernaturalis potestas impenditur. Sotus in 4. dist. 24. quæst. unica. Bellarm. de Ord. lib. 1. cap. 9. Sylui. in supplem. 3. part. q. 37. art. 2. quæst. 4. Marchin. tr. 2. part. 8. cap. 5. proposit. 1. 2. & 3. Valq. tom. 1. in 3. part. d. 239. cap. 5. Filliuc. tract. 9. n. 42. Hurtad. tract. de ord. diff. 11.

15 Materia Diaconatus est Euangeliorum liber cum manus impositione. Vnde verior est sententia illorum, qui in ordinatione Diaconi duas parciales materias, ac duas parciales formas admittunt: quæ ambæ simul iunctæ vnum integrum Sacramentum ordinationis Diaconalis constituunt. Quia de impositione manus non videtur dubitari posse, cum ex scriptura alia materia minime colligatur. De traditione vero libri Euangeliorum similiter dubitari non potest, siquidem Concilium Florentinum illum assignat pro materia. Ergo vtraque erit de Diaconatus essentia. Nec refert, quod initio Ecclesiæ Diaconi fuerint ordinati per solam manus impositionem. Quia Evangelia nondum erant scripta. Bellarm. lib. 1. de Ord. cap. 9. Victor. de Sacram. num. 227. Laym. lib. 5. tract. 9. cap. 5. n. 2. Marchin. tract. 2. p. 7. c. 2. Henric. lib. 10. c. 8. n. 3. Diana p. 3. tr. 4. resol. 188.

16 Subdiaconatus materia est traditio Calicis vacui, & vacuæ Patenæ. Definitum est in Carthaginensi IV. c. 5. Florentino sub Eugenio IV. in decreto fidei post ultimam sessionem. & Tolentino IV. can. 27.

17 Acolythatus materia remota est duplex, nempe candelabrum cum cereo extincto, & vire celus vacuus. Proxima est porrectio horum instrumentorum, quæ in hoc Ordine duplicantur ad significandum duplicem potestatem. Quia per traditionem primi instrumenti accipit potestatem Ceterarij: per traditionem vero secundi, accipit potestatem ministrandi propinquius ad Altare. Vtriusque autem materiæ meminit Carthaginense Concilium IV. can. 6. Viquer. in institut. cap. 16. §. 6. Valquez diffinit. 237. numero 35. Marchin. tract. 2. part. 5.

cap. 2. Hurtad. de Ordin. diff. 14. Tanner. d. 7. quæst. 2. dub. 3.

Materia remota Ordinis Exorcistatus Liber est exorcismorum. Proxima, traditio eiusdem libri. Meminit huiusce materiæ Concil. Carthag. IV. can. 7. Romanum Pontificale, necnon Romanus Carechismus.

18

Exorcistatus liber exorcismorum.

Lectoratus materia remota est liber continens Prophetias veteris ac noui Testamenti. Proxima est eiusdem libri traditio.

19

Lectoratus liber continens Prophetias.

Materia Ostiariatus sunt Claves Ecclesiæ. Cymbalum autem, quod etiam ordinando in receptione huius Ordinis porrigitur, vel non est Ostiarius materia, sed sola quædam caremonia, significans munus esse Ostiarij etiam campanas pulsare: vel illud erit minus principalis Ostiarij materia. Porro quamvis de huiusmodi materiis nihil in scriptura habeatur, sufficit tamen traditio Apostolorum, quæ ex perpetua Ecclesiæ consuetudine, & vsu colligitur, necnon ex communi Theologorum sententia.

20

Ostiarius Claves Ecclesiæ.

Verum huius Sacramenti forma sunt verba, quæ ab Episcopo proferuntur imperatiuo modo cum expressione potestatis, quæ confertur. Adhibetur autem forma modo imperatiuo, vt ostendatur, ordinatum debere fungi munere suscepto, ne illud inutiliter suscepisse videatur. Et quidem de essentia formæ sunt omnia illa verba, quibus potestas exprimitur. Habetur in Pontific. D. Thom. in supplem. quæst. 34. art. 4. Valq. dist. 240. cap. 5. num. 8. Henric. lib. 10. cap. 5. lit. B.

21

Forma Ordinis sunt verba ab Episcopo imperatiuo modo prolata.

Episcopus, qui formam profert, debet etiam materiam tangendam exhibere; licet valida esset ordinatio, quando plures initiantur Ordine Sacerdotali, si Episcopus prolata semel unica forma in plurali præbeat materiam pluribus successiue tangendam, forma non repetita: licet notabile temporis spacium (puta etiam quartæ horæ dimidium) inter istorum contactum & verborum prolationem elabatur: tamen moraliter simul esse censentur, dummodo continuatione quadam talis contactus peragatur. Porro huiusmodi Ordinationem esse validam, declaratum fuit Romæ in quadam Congregatione testatur Martinus Fornarius de Sacram. Ordin. apud Tolerum cap. 2. num. 5.

22

Episcopus qui formam profert, debet etiam materiam tangendam exhibere.

Profecto Sacerdotis Officium est Sacramentum Eucharistiæ conficere, Sacramenta administrare, excepta Confirmatione & Ordine, verbum Dei prædicare, populum benedicere. Sylui. in supplem. 3. part. q. 37. art. 2. quæst. 2. 3. & 5. Valq. dist. 236. c. 10.

23

Officium Presbyteri.

Ad Diaconum pertinet publicè & cum Stola Euangelium in Ecclesia perlegere, Sacerdoti sacrificanti assistere, eique Panem ac Vinum à Subdiacono accepta porrigere, vel altari imponere, & Sacerdoti in Sacramentis administrandis subseruire. Olim præcipuum Diaconi ministerium erat Eucharistiæ fidelibus dispensare, quo munere illi septem Diaconi ab Apostolis electi Act. 2. fungabantur. Sed hæc potestas ob nonnulla inde accidentia incommoda à Nicæno Concilio Diaconis fuit abrogata. In necessitate tamen haud est illis ablata facultas Eucharistiæ ad infirmos deferendi, absente Presbytero, illamque morte urgente, pro viatico suppeditare. Imò si adsit Sacerdos qui agroto animam agentis sacram synaxim ministrare nollit,

24

Officium Diaconi.

SCOBAR
neof. Mor
Tom II. IV
F. IV

nollet, sed illum deferret: tunc absque illius licentia, & illo etiam invito, liceret Diacono ei vaticum dispensare. A fortiori potest Diaconus pyxidem, in qua Corpus Dominicum repositum est, ab vno Altari ad alium, vel ab vno in locum alium deferre. Quia iure diuino habet potestatem super Corpus Christi contentum in vasis sacris, vt docet D. Thom. 3. part. quest. 82. art. 3. ad 1. Propterea olim Diaconi ministerium erat, Sanguinem Christi populo sub vtraque specie communicanti propinare. Item in necessitate potest Diaconus etiam solemniter baptizare in absentia Episcopi & Presbyteri: quamvis nunc ob Sacerdotum numerum, vsus ille fuit Ecclesia sublati. Præterea diaconi officium est, in doctrinæ ac prædicationis officio Episcopo, vel Presbytero assistere: quamvis ad ipsum non pertineat ex suggesto prædicare: sed solum recitare Euangelium, & ipsum vel fidei articulos Catechismi forma exponere, nisi ob necessitatem aliud ei permittatur. Marchin. de Ordin. tract. 2. part. 2. 3. 4. 5. Filliuc. rr. 9. c. 2.

25
Officium Subdiaconi.

Subdiacono competit, aquam ad ministerium Altaris præparare, Diacono ministrare, pallas Altaris & Corporalia ablueri, Calicem & Patenam in vsu sacrificij eidem offerre, panem consecrandum pro populo in Altari apponere, Crucem in supplicationibus gestare, Epistolam in solemnibus Missa cum Ornamentis illius Ordinis propriis canere. Doct. relati.

26
Ordinum minorum materia.

Cæterum si initiatorum minoribus Ordinibus officia velis edificare. Acolyti Officium est, Subdiacono vteolos cum vino aquaque porrigere, lumina ad sacrificium præparare, & accensum cereum ad Altare transferre. Ad Exorcismum pertinet, manus super energumenos imponere, illisque Exorcismos ad fugandos demones legere; & id non solum corporaliter, sed & spiritualiter Catechumenos obidentes ante ipsam Baptismi susceptionem. Lectoris est legere Prophetias, & scripturas in Ecclesia. Demum pertinet ad Ostiariam claudere, aperire, & custodire Ecclesiam, admittendo dignos ad facta, indignos excludendo. Valent. tom. 4. d. 9. quest. 1. punct. 3. Marchin. tractat. 2. part. 1. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. Hurtado tract. de Ord. diff. 1. 1. & sequent.

CAPVT III.

De Ordinis Ministro.

27
Episcopus solus, & quidem proprius, est ordinarius Ordinis Minister.



Vt vs Sacramenti Ordinarius Minister solus est Episcopus, & quidem proprius, vt patet ex Tridentino sess. 23. cap. 1. & cap. 7. Quia solus Episcopus est Christianæ Reipublicæ Præfectus, & Sacrorum Princeps: Ad solum verò Præfectum, ac Principem pertinet, officia ac ministeria distribuere. D. Thom. in supplem. 3. p. 9. 38. art. 1. Sylui. ibi. Marchin. tract. 1. p. 2. c. 1. & 2.

28
Licet si excommunicatus, interdicitur, aut suspensus, valide conferat reliquaque requisita adhibeant. Quia potestas Ordines.

Non amittunt hanc potestatem Episcopi, licet sint excommunicati, interditi, aut suspensi, vel priuati Episcopatu. Vnde valide hoc Sacramentum conferunt, si materiam & formam eius, valide conferat reliquaque requisita adhibeant. Quia potestas

fundatur in Charactere Episcopali, qui est indelebilis. Porro id licite minime exercebunt, & Ordinatus ab excommunicato vitando suspensionem incurret, iuxta cap. 1. & 2. de Schismat. Sotus in 4. dist. 25. q. 1. art. 1. Henriq. lib. 10. c. 21. Valq. dist. 24. 3. c. 1.

Angelus ordinarius Sacramentorum Minister esse non potest. Quia ad Sacramenti essentiam sicut exigitur verum & naturale elementum, ita etiam verum ac naturale verbum sensibile; atqui Angelus, etiam assumpto corpore, non dicitur propriè loqui, cum eius locutio non sit vitalis. Atamen diuina dispensatione, & extraordinaria Dei lege posset Angelus Ordines conferre, sicut contigit D. Amphilochio, qui fuit ab Angelo ordinatus Episcopus Iconij: quæ ordinatio ab illius Prouincie Episcopis fuit approbata. D. Thom. 3. p. 9. 64. art. 7. Sylui. ibi. Marchin. de Ordin. tr. 1. p. 2. c. 7.

Ex summi Præfatis facultate Ordines minores possunt à Cardinalibus Presbyteris, imò à quolibet Sacerdote simpliciter conferri. Quia nulla potest sufficiens afferri ratio, cur hoc à Sede Apostolica concedi nequeat. Victor. num. 234. Valent. tom. 4. dist. 9. quest. 3. punct. 1. Coninch. dist. 20. num. 77.

Abbatibus Presbyteri ius mittæ ac baculi habentes benedicti ab Episcopis possunt conferre primam tonsuram & Ordines minores suis subditis Regularibus. cap. Quoniam dist. 69. cap. Cum contingat de atate & qualis. cap. Abbatibus de priuilegiis in 6. Concil. Trid. sess. 23. cap. 10. de Ordines reform. Imò secularibus Episcopis subiectis iurisdictioni, dummodò ipsius Episcopi consensus accedat, & ab eo quilibet dimissoriales litteras impetrauerit: ita tamen vt non sufficiat, id ex ipsius iurisdictione generatim Episcopum concessisse; sed hæc concessio semper singulis ordinandis sit necessaria. Quaranta v. Ordo. 5. Abbatibus Sorbus v. Ordines sacri, num. 5. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 29. num. 20. Valq. dist. 24. 3. num. 33. Tambur. de Iure Abbat. tom. 2. d. 2. quest. 7.

Similiter declarauit sacra Congregatio, posse huiusmodi Abbates conferre præfatos Ordines Regularibus, qui dimissoriales litteras speciales suorum superiorum habuerint: necnon specialem assensum Episcopi loci illius, in quo à suis superioribus Ordines sunt conferendi. Idem in pacificariis, & possessione adhuc perseverant plerique Abbates ministrandi Ordines minores tam Clericis secularibus, quam Regularibus, modo prædicto. Tambur. de Iure Abbat. tom. 2. d. 2. quest. 7.

Abbatibus, qui præfatos Ordines conferre possunt id valde efficiunt, etiam si excommunicati, hæretici, suspensi, ac interditi sint. Quia tales etiam valide Sacramenta administrant, licet irregulares, & excommunicati, in quibus actum Ordinis, qualis est Ordinare, tempore Censuræ exercuerint. Si autem fuerint notorii, seu vitandi, qui ab eis recipiunt tales Ordines ab eorum executione suspenduntur. cap. 1. & 2. de Schismate.

Locus, in quo Abbates hi possunt hosce conferre Ordines est proprium Monasterium solummodò. Cap. Quoniam dist. 69. & cap. Cum tunc in Monasterio de atate & qualis. Si tamen Abbas regularis in alio loco prælati, potest etiam inibi suis subditis Regularibus Ordines conferre præfatos. Lezana tom. 4. sum. v. Ordines sacri, num. 8.

Non

Seccio I. De Ordine recept. Sententia. 203

33 Non possunt Abbates suos novitios ante professionem minoribus Ordinibus initiare. Quia Tridentinum requirit in ordinando ab Abbate, quod sit Regularis, & subditus Abbati ordinandus. Cum ergo novitius non possit stricte Regularis, neque absolute & plene subditus appellari, neque absolute & plene subditus sit praelato Regulari quoad Ordines recipiendos, sed solum quoad munus probationis, (vnde non possunt Praelati Regulares novitiis suis dimissorias concedere, nec enim adhuc perfecte subiaceant eorum iurisdictioni, sed hoc munus spectat ad Episcopum loci Novitiatu) non possunt Tridentini privilegio potiri. Nec obstat privilegium Iulij II. relatum à Suario tom. 4. de Relig. r. 8. l. 2. c. 19. n. 12. cuius vigore olim poterant Abbates perpetui Cistercienses Clericali Characterē insignire etiam novitios. Quia cum novitij non sint in hoc subditi Superiori Religionis, privilegium à Tridentino est sublatum: vt clare constat ex verbis illis: *Non obstantibus quibusvis privilegiis.*

36 Certum est apud Catholicos ex constitutione Ecclesie in Cap. Cum Prouinciales, dist. 7. 4. in Cap. Ordinationes, dist. 6. 4. ordinationem Episcopi non posse nisi à tribus Episcopis peragi. Autem consecratio ab vno solo facta extra Pontificis dispensationem sit valida sect. 2. discutitur.

37 Episcopus non potest subditis alterius sine licentia proprii Episcopi Ordines, nec primam tonsuram conferre. Quia ordinandus à solo proprio Episcopo, cui subicitur, & non ab alio ex Canonum præscriptione expressa debet Ordinem, & Clericatum inire. Vnde nec Archiepiscopus subditos sui suffraganei sine eiusdem licentia tam intra, quam extra eiusdem Diocesis licet potest sacris initiare. Cap. salvo 9. q. 3. Cap. Eos qui. Cap. Cum nullus, de temp. ordinat. in 6.

38 Ille autem appellatur proprius Episcopus, qui est Episcopus Originis, vel domicilij, vel Beneficij. Episcopus Originis est Episcopus loci, in cuius Diocesis natus est ordinandus, & in quo parentes habent domicilium: non autem in quo parentes essent causa itineris, vel negorij. Hinc si mulier pragnans, extra Diocesium suum filium enititur, filius originem trahet à loco, vbi parentes domicilium habebant, non ex eo loco, in quo accidentaliter fuit exortus. Cap. Rodolphus, de rescriptis. Sanch. de Matr. l. 3. d. 23. n. 3. Porro origo patris sufficit, vt filius alibi semper commoratus possit ab Episcopo, cui pater erat subditus, ad ordines assumi. Barbosa de potest. Episc. p. 2. alleg. 4. n. 7. Bonac. de Sacram. d. 8. q. vni. punct. 4. n. 13. Molfes. in sum. tr. 2. c. 2. n. 7. Diana p. 4. tr. 4. resol. 148. Marchin. tr. 1. p. 5. c. 6. n. 6. Ideo Sacra Congregatio Concilij die 16. Decemb. anno 1599. & die 12. Augusti anno 1628. & die 7. Aprilis anno 1629. declarauit, quem ordinari posse ab Episcopo originis paternæ, tametsi pater tempore natiuitatis filij illius ad aliam Diocesim iam transtulerit domicilium.

39 Proprius Episcopus Domicilij est Episcopus loci, in quo quis habitat, vel incipit habitare cum animo inibi semper permanendi. Annoto Episcopum ratione domicilij, tantummodo posse aliquem prima tonsura vel minoribus Ordinibus initiare: non verò aliis Ordinibus si Episcopus originis eundem ordinasset ad titulum Eschob. & Mend. Theol. Moral. T. III.

lum Beneficij residentiam requirentis, vel ad titulum patrimonij pro necessitate, & utilitate suæ Ecclesie; tunc enim, etsi præfatus Clericus, qui Subdiaconatum v. gr. acceptarat domicilium ad alium Episcopatum transferret, non posset ab eo Episcopo ratione domicilij contracti ad Diaconatum, ac Presbyteratum promoueri; quia tunc remitti debet ad priorem Episcopum, vt inferuat Ecclesie, cui prius fuerat adscriptus. Quaranta in summa Bullar. v. Ordo vers. Circa iterum. March. tra. p. 5. c. 7. n. 14.

Episcopus Beneficij proprius est loci, in quo quis habet Beneficium (præsertim residentiale). Quamuis teneat, licet forte non resideat ex dispensatione. Scio quidem ex receptiori sententia non requiri, tale Beneficium annexam residentiam habere. Quia Cap. Nullus de temp. Ord. nat. in 6. generaliter loquitur de quocunque Beneficio absolute accepto, ratione cuius potest quis Ordinari. Proinde si quis duo diuersa Beneficia sub diuersis Diocesibus locata haberet, à quolibet ipsorum Episcoporum Ordines licet accipere. Quia vtriusque est subditus, haud secus ac qui sub diuersis Parochiis æquè habitaret, posset à singulis Parochiis sacramenta recipere Garcia de Benef. p. 2. c. 4. n. 9. & 15. Quaranta v. Ordo, vers. Circa secundum. Henrig. lib. 10. c. 22. n. 1. Barbosa de potest. Episc. alleg. 4. n. 46.

Episcopus non solum potest per se ipsum Ordines conferre, verum etiam potest alteri Episcopo facultatem impendere Ordines suis subditis conferendi, concedendo literas dimissorias, & commendatitias: dummodo sit electus, & confirmatus quamuis nondum consecratus. Quia de ea, quæ sunt iurisdictionis, possunt etiam ab Episcopo non consecrato exerceri. Trident. sess. 23. cap. 8. & 10.

Capitulum sede vacante, non potest dimissorias concedere intra annum à morte Episcopi, vt Tridentinum statuit. Quod si secus fecerit, Ecclesiastico interdicto punitur, & sic Ordinari, si in minoribus Ordinibus fuerint constituti, nullo privilegio Clericali præsertim in criminalibus gaudens secuta tamen prius desuper Iudicis Ecclesiastici declaratione, vt declarauit Urbanus VIII. in constit. aduersus male promotos die 11. Decembris anno 1614. quæ incipit, *secretis aeterna prudentia*. In maioribus verò ab executione Ordinum, ad beneplacitum futuri Præfatis sunt ipso iure suspensi.

Dantur aliqui casus, in quibus potest Capitulum, sede vacante, Dimissorias concedere. Primus est, quando Episcopatus vacauit per annum. Secundus, quando quis est ita arctus, vt perderet Beneficium receptum, vel recipiendum, si tunc temporis non promoueretur ad Ordines. Imò posset Capitulum, sede vacante, literas testimoniales infra annum de vita & moribus ordinandi tradere, vbi quis per Pontificium diploma impetrasset ab alio Episcopo extra suam Diocesim ordinari. Ex Trident. sess. 23. cap. 8. & 10.

Qui Ordines in alieno Episcopatu accepit absque summi Præfatis autoritate, vel absque sui Ordinarij literis Dimissoriis: incapax est Beneficij, remanet suspensus, caret Ordinis privilegio, & ordinatio est irrita non quoad substantiam, sed quoad Ordinis executionem. Hæc tamen suspensio nunc potest ab Episcopo auferri, modo delictum sit occultum, ex concessione

40
Quinam sit Episcopus Beneficij.

41
Potest Episcopus non consecratus literas dimissorias impendere.

42
Capitulum, sede vacante, non potest intra annum mortis Episcopi.

43
Quando non Capitulum, sede vacante, possit Dimissorias impendere.

44
Pena i. si quis contra eum, qui Ordinem suscipit sine Præfatis literis aut dimissoriis litteris.

SCOBAR
neof Mori
Tom III. IV
F. IV

Tridentini *ses.* 24. c. 6. quæ à Sixto V. fuerat Romano Pontifici referuata in quadam constitutione incipiente, *sanctum & salutare*. Sed eam moderatus est Clemens VIII. per aliam Bullam quæ incipit, *Romanum Pontificem decet*. & ad ius Tridentini & Pij II. redacta est præfata Sixtiana constitutio. Et quia Pius II. vitur verbo, *Præsumpsit*, quod magnam significat temeritatem: ideo comprehendit solum eos, qui data opera, aut cum ignorantia affectata ab alieno Episcopo Ordines recipiunt. Vnde ab hac suspensione excusat ignorantia etiam vincibilis, dummodo non sit affectata. Quia poena non imponitur nisi propter culpam, & à culpa excusat ignorantia. Nauar. c. 27. num. 254. Tolet. lib. 1. cap. 48.

45 *An liceat sub rathabitione alterius subditum Ordinare.* Libetne Episcopo ordinare alterius Episcopi subditum sub rathabitionis spe? Verum ratione bonæ fidei in foro conscientie post factum excusantur tam ordinans, quam ordinatus. Cap. *Lugdunensis* 9. q. 2. Quia rathabitio retrahitur, & mandato comparatur *regula iuris* 10. in 6. Et quia ad incurrendam hanc suspensionem requiritur præsumptio, quam excusat bona fides saltem in foro interno. Suar. de *Censur.* d. 31. *sect.* 1. n. 17. Molfes. *tr.* 2. c. 2. n. 14. Fornat. de *Ord.* c. 5. n. 4. Marchin. de *Ord.* tr. 1. p. 5. c. 11. Diana p. 3. tract. 4. *resol.* 191. Quamuis ante factum non tam facile id permittitur. Quia in iis, quæ sunt contra ius, & tangunt alterius iurisdictionem, non est facile præsumenda rathabitio: cum aliis consensus proprii Prælati per literas haberi possit. Quaranta v. *Ordo.* Bonac. de *Sac.* d. 8. q. 4. *punct.* 4. n. 28.

46 *Regulares Prælati ex declaratione sacre Congregationis Cardinalium apud Quarantam v. Ordo in fine, & Dianam p. 2. tr. 16. resol. 13. & p. 3. tr. 2. resol. 7. & p. 4. tr. 4. resol. 7. Concesso Congregationi S. Benedicti Vallisolei anno 1590. 2. Augusti: possunt suis subditis dare dimissorias, eosque ordinandos ad quemlibet Episcopum immittere: quod à Doctoribus ad nouitios quoad Ordines minores extenditur.* Suar. tom. 3. de *Relig.* l. 5. c. 16. n. 17. Marchin. *tr.* 1. p. 6. c. 4. Tambur. tom. 2. d. 2. q. 25. & 27. Caran. in *Reg. S. Bened.* n. 1634. Verum cum à superioribus Regularibus (Episcopo Diocesano absente, vel non habente ordinationes) dimissorias literæ dabuntur, in eis causa huiusmodi absentie Diocesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, est exprimenda, vt decreuit Sacra Congregatio 15. Maii anno 1596. ex mandato Clementis VIII. Quod qui non gesserint, officij, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis actiue, & passiuæ priuationis, ac alias arbitrio Pontificis poenas incurrunt.

47 *Qui Regulariter possunt dare dimissorias etiam subditis secularibus?* Possunt etiam Abbates, & alij Prælati exempli habentes Diocesim cum iurisdictione Episcopali concedere huiusmodi Dimissorias etiam suis subditis secularibus, ex Decisione Rotæ in vna Salmantina iurisdictionis, die 9. Maij, anno 1544. coram Seraphino. Lezana tom. 3. *sum.* v. *Dimissorias*, num. 3. & tom. 4. v. *Ordines sacri*, n. 13. Qui etiam probabile putat, Prælatos posse dare dimissorias ad Ordines suscipiendos oblatibus, seu commissis sui Ordinis tria vota non emittentibus, aliis capacibus, & habilibus. Quia sunt illi aliquo modo ipsi subditi, Religionum membra, & sub earum obedientia degentes, & multis Religiosorum privilegijs fruantes.

Si quis Regularis sine literis dimissorialibus sui Prælati Ordinetur per Extraneum Pij II. *Quas poenas incurrit Regularis, qui sine dimissorialibus Ordinatur.* Cum ex sacrorum remanet perpetuo suspensus. Suar. de *Censur.* d. 31. *sect.* 1. num. 14. Hentij. *gularis, qui sine dimissorialibus Ordinatur.* Dicendum tamen per Concilium Tridentinum *sess.* 23. c. 8. de *reform.* non remanere suspensum, nisi quamdiu suo superiori videbitur oportere. Cap. *Salonitana*, d. 63. cap. 1. Glossa v. *Ordinatio*, d. 71. Gutier. *Canon.* q. 99. lib. 1. cap. 26. num. 24. Sotus in 4. d. 25. *quest.* 1. art. 3. Riccius 3. p. *prax. resol.* 216. Nauar. cap. 27. num. 155.

48 Porro suspensio hæc non incurritur nisi propter susceptionem sacrorum Ordinum sine licentia, vt constat ex Bulla relata Pij II. Vnde incurritur, nisi, qui minores Ordines sine literis dimissorialibus susceperit, non remanet suspensus, nec ministrando in his Ordinibus fiet irregularis: delinquet tamen mortaliter, nisi Prælati huiusmodi susceptionem ratam habuerit.

49 Si Regularis aliquis laicus ad Clericatum sine obedientia Prælatorum sui Ordinis ascendat, etiam ad Sacerdotium fuerit promotus: si sine licentia Ordines susceperit, nec ministrando in his Ordinibus fiet irregularis: delinquet tamen mortaliter, nisi Prælati huiusmodi susceptionem ratam habuerit.

50 Si Regularis aliquis laicus ad Clericatum sine obedientia Prælatorum sui Ordinis ascendat, etiam ad Sacerdotium fuerit promotus: si sine licentia Ordines susceperit, nec ministrando in his Ordinibus fiet irregularis: delinquet tamen mortaliter, nisi Prælati huiusmodi susceptionem ratam habuerit.

51 Literæ dimissoriae semel concessæ semper valent, nec morte, vel cessatione officij concedentis expirant, nisi per successorem reuocentur. Quia gratia vel fauor non cessat ob concessentis obitum. Cap. *Si super gratiam, de offic. iudic. deleg.* in 6. Docet Nauar. in cap. *Placuit de pœnit.* d. 6. num. 34. & 63. Barbol. de *pœnit. Episc.* Hentij. lib. 10. cap. 22. n. vlt.

CAPVT IV.

De Sacramenti Ordinis Subiecto.

52 *Inhabiles it: ad Ordines biles sunt ad Ordines femina: scemina, non baptizati, seu maphrodis, & inuiri.* OLVS homo est suscipiendi Ordinis capax, non tamen omnis cum legitime recipit. Iure diuino inhabiles sunt ad Ordines femina: scemina, non baptizati, seu maphrodis, & inuiri. Cap. *Noua de pœnit. & remiss.* Et non baptizati, baptizati, seu maphrodis, & inuiri. Cap. *Veniens, de Presbyt. non baptiza.* Et Hermaphroditus, si æque aut magis femineum quam virilem sexum participet. Lege Quæritur 10. ff. de *statu hominum*. Quod si sexus virilis præualeat, tunc posset valde Ordinari. Quia vt vir est censendus. Opus tamen esset tunc Pontificis dispensatione, cum Hermaphroditus sit irregularis. Sayr. de *Censur.* lib. 6. c. 8. n. 25. Nauar. c. 27. n. 203. Suar. de *Cens.* d. 31. *sect.* 2. Scio, Tolertum lib. 1. c. 63. n. 6. & Fornarium de *Ordin.* c. 3. n. 1. asseruisse non esse irregularem, modo res notoria non sit: vnde cessante scandalo, & monstruositate corporis, prævalenteque sexu virili, posset etiam licite ordinari. At tutius iudicari, à Papa dispensationem petere. Marchi. de *Ord.* tr. 1. p. 4. c. 2. Demùm iure diuino inhabiles sunt inuiri. Quia in adultis requiritur intentio: & quidem si absolute inuiri ceciderint, Ordo non tenet. Cap. *Presbyterorum*, 50. Cap. *Maiores de Baptismo*.

Seccio I. De Ordine recept. sententia. 205

Baptismo. Sic Syluest. v. Ordo 4. n. 1. Henr. li. 10. cap. 14. n. 3. lit. f.

33 Qui per metum ordinaretur, valide recipere Ordines, cum subsistat intentio sufficiens ad Ordines cum inuoluntario mixto: sicut sufficit ad seruanda precepta. Voro tamen castitatis non adstringitur, nec ad Officiu Canonici reatandum tenetur, modo non ratificauerit spon-tandem verbis, aut facto, aut semel vel pluries vtendo Ordine suscepto. Vnde taliter ordinatus Matrimonium postea sine dispensa-tione inire. Quia nullum votum iure naturæ obligat, nisi Deo acceptetur: sed Deus votum perpetuæ continentia graui, ac iniurioso metu extortum non acceptat. Bonac. de Ordin. q. v. n. 40. & de Matr. q. 3. punct. 9. n. 12. Sanch. de Matr. lib. 7. dist. 29. Coninch d. 20. n. 150. Marchin. tr. 1. p. 6. c. 8. diff. 9. Quæstio autem hæc proprio Problemate rursus discutienda redibit.

34 Certum est autem, si vis seu metus sit iuste incussus, v. gr. si Prælati vigente necessitate aliquem ad sacros Ordines præcepto compelleret, cuiusque consensu: tunc compellum lege continentia adstringitur; & si postea nubat, irritum esse Matrimonium. Quia iste irrationabiliter est iniustus, nec patitur iniuriam, si ad sacros Ordines ob publicam vtilitatem compellatur. Do-ctores præfat.

35 Infantes, furiosi perpetui, & amentes Ordina-di non sunt, si autem Ordinibus initiuntur, Cha-ractere recipient. Quia iure naturæ non sunt ad illos inhabiles: & quia puer ante rationis vsu potest valide baptizari, confirmari, & Eucharis-tiam sumere: ergo & valide poterit etiam Or-dinari. Et quia omnis potentia est suo actu prior: & ideo alius potest in aliquo statu & tempore poterit habere, cuius non habeat pro eo statu & tempore actu. Ergo puer poterit per Ordina-tionem Characterem recipere, licet illum in statu pueritæ nequeat exercere. Profecto in duobus Sacramentis tantum vsus rationis perfectus requiritur ad Sacramenti valorem, nempe in penitentia, cuius materia sunt actus peniten-tis per proprium consensum: & in Matrimonio, quod includit pro materiali humanum contra-ctum, qui mutuo contrahentium consensu per-ficitur. D. Bonau. in 4. dist. 25. art. 2. q. 2. Vasq. d. 146. Bonac. de Ord. q. v. punct. 5. n. 3. Marchin. tr. 1. p. 4. c. 4. Reginald. lib. 30. n. 30. Molfes. in sum. tr. 2. c. 12. & 16.

36 Illis, qui post rationis vsu in amentiam in-ciderunt, secundum sententiam receptiorem haud valde Ordines conferuntur, si illos nulla-tenus experientur. Quia censetur habitualiter nolle Ordines suscipere. Sorus in 4. d. 25. q. 1. d. 2. Suar. de Sac. d. 14. sect. 1. Coninch d. 20. n. 100.

37 Iure naturæ ad ministrandum in Ordinibus susceptis apti non sunt perpetui amentes, omni-no cæci, muti, priuati manibus, & similes. Quia natura ipsa ita sunt impediti ad vsu Ordinum, vt neque cum iis aut non possit, aut non soleat dispensari. Iure autem Ecclesiastico inhabiles sunt omnes irregulares, hoc sensu, vt recipiendo peccent, & ab eorum vsu suspensi maneant, quamuis Characterem recipiant. Valent. tom. 4. d. 9. q. 4. punct. 1. Reginald. lib. 30. n. 30.

38 Vt valde Ordines recipiantur, tria in adulto requiruntur aliquin capaci, nempe debita ma-tura, debita forma, & intentio tam Ministris, E. scob. Mend. Theol. Moral. T. III.

quàm recipientis. Vt recipiantur cum fructu, re-quiritur in suscipiente conscientia absque le-thalis criminis labe, recta intentio, ac morum probitas. De iis passim Doctores citati.

Iuxta Ecclesiastica iura multa requiruntur, vt quis ritè & Canonicè ad Ordines promouea-tur. Primò ætas conueniens, quæ ad primam tonsuram, & minores tres est septennium com-pletum. Cap. De 95. dist. 28. Pro Acolytho an-nus duodecimus completus. Cap. In singulis, scripta. d. 77. Pro Subdiacono viginti duo. Pro Diacono viginti & tres. Pro Sacerdote viginti quinque. Trid. sess. 23. c. 12. de reform. Pro Episcopo ringes-imus annus completus esse debet. Cap. Cum in cunctis, de elect. in alijs maioribus Ordinibus sufficit, annum esse ceptum, cum Concilium tantum præcipiat, vt ante prædictum tempus in-definitè nemo ad sacros Ordines promouatur, & in fauorabilibus dies cepta pro completa censetur. Rodrig. tom. 3. q. 99. Regul. q. 23. art. 7. Reginald. l. 30. n. 30. Diana p. 2. tr. 16. ref. 27.

Quando quis dubitat, an habeat legitimam ætatem ad Ordines, vel Beneficia, vel ad alium actum requisitam, promoueri non potest. Quia tunc possessio est pro præcepto, & ideo illud ser-uandum est, donec de ætate constet. Semper enim extat præceptum negatiuum non assun-edi Ordines ante ætatem, cum verò volens susci-pere Ordines toto tempore antecedente dubita-tionem, habuerit ius certum ad non suscipien-dos Ordines, hoc ius certum vinci non debet à iure dubio superueniente. Sanctius in select. d. 43. n. 7. Caramu. lib. 3. Theol. Mor. n. 1357.

Secundò requiritur in ordinando, vt sit con-firmatus, & initiatus prima tonsura. Confirmatio tamen non requiritur vt quid essenziale ad Or-dines: vnde ordinatio facta non confirmato, est valida. Imò probabilius est, Sacramentum Con-firmationis neq; esse ante ordinationem neces-sarium præcepti necessitate. Quia in iure Cano-nico nullum adest suscipiendæ Confirmationis ante Ordinationem præceptum. Cum autè Trid. ait, Prima tonsura non iniungitur, qui Sacramen-tum Confirmationis non susceperint, præceptum non importat, sed decentiam, ac congruitatem. Sorus in 4. dist. 24. q. 1. art. 4. Nauar. c. 22. n. 9. Victor. de Ordin. n. 232. Coninch d. 20. dub. 10. n. 102. Marchin. tr. 1. p. 4. c. 3. Diana p. 2. tr. 16. resol. 4. & p. 4. tr. 2. resol. 55.

Tertiò requiritur sufficiens scientia ad vni-us-cuiusque Ordinis vsu. Tridentin. sess. 23. c. 1. in promouendis ad primam tonsuram requirit, vt agnoscant fidei rudimenta, & saltem legere, & scribere. Ad minores Ordines requirit, vt lin-guam Latinam intelligant. In iis verò, qui pro-mouendi sunt ad Subdiaconatum, & Diacona-tum exigat cognitionem eorum quæ ad istos Ordines pertinere videantur, sess. 23. cap. 13. Ad Sacerdotium autem exquirat illam scientiam, qua possit illo initandus populum necessaria ad salutem edocere, tirèque Sacramenta admi-nistrare, sess. 23. cap. 14. Minor tamen scientia in Regulari, quam in seculari Clerico desidera-tur. Quia de illo verisimilius iudicatur, propter aliorum societatem in literis profecturum, quæ præsumptio in seculari Clerico locum non ha-bet. Modò bene sciat legere, & cantare. Non debent ideo Episcopi nimium rigore in Reli-giosorum ordinandorum procedere examine. Miranda tom. 1. quæst. 8. art. 7. Rodriguez tom. 1.

99. Regul. quæstion. 24. artic. 7. Barbof. de potest. Episcop. allegat. 46. numero 14. Tamburinus rom. 2. dist. 2. quæst. 2. 1. num. 5. Diana part. 2. tr. 16. resol. 29.

63 Quæto requiritur morum testimonium, quod solet tempore scrutini antequam promouatur, exhiberi. Tridentinum sess. 23. cap. 5.

64 Quæto requiruntur interstitia temporum, non solum in maioribus, verum etiam in minoribus Ordinibus suscipiendis, ita ut qui suscepit vltimum minorum Ordinum, debeat per annum expectare, vt ad sacros Ordines promouatur. Trident. sess. 23. cap. 11. & 13. Et eadem interstitia vnius anni seruanda sunt à Subdiaconatu ad Diaconatum, & à Diaconatu ad Presbyteratum, nisi necessitas, aut Ecclesie utilitas iudicio Episcopi aliud exposcat.

65 Dispensatio interstitiorum pertinet ad Episcopum etiam respectu Religiosorum exemptorum, non autem ad Prælatum Regularem. Quia Tridentinum huiusmodi dispensationem iudicio, ac arbitrio Episcopi semper relinquit. Et quia hoc fuit à sacra Cardinalium Cõgregatione declaratum. Sorbus in Compend. priuileg. v. Ordines. Mirand. tom. 1. quæst. 38. art. 7. Barbof. de potest. Episcop. alleg. 18. num. 10. Quaranta v. Ordo. Marchin. tract. 1. part. 7. cap. 2. num. 3. 6. 8. & c. Diana p. 3. tr. 2. resol. 112.

66 Ad hoc autem vt Episcopus dispensare censetur, sufficit, quod sciens ordinandum non impleuisse terminum à Concilio pro interstitio designatum, ipsum ordinet. Quia omne Canonicum impedimentum, cuius dispensatio ad Episcopum pertinet, censetur sublatum, si illud sciens Episcopus ordinauerit. Non posset autem Episcopus ordinans cum non diocesano in interstitiis dispensare, nisi in dimissis hoc ipsi concedatur, prout habetur in sacre Congregationis declaratione. Barbof. de potest. Episc. alleg. 18. num. 10.

67 Dispensare etiam possunt in interstitiis Vicarius generalis Episcopi, & Capitulum, Sede vacante. Imò idem facere possunt Abbates Regulares erga subditos suos Regulares professos, quando eos minoribus Ordinare valent. Quia ad quos spectat ordinare, etiam in interstitiis dispensare spectat.

68 Qui Ordines suscipit non seruatis interstitiis, nullam propterea Censuram, aut irregularitatem incurrit. Quia non est in iure expressa. Ordinans autem & ordinatus grauiter delinquant. Quia sunt Canonum in materia Ordinum, quæ est grauissima, transgressores. Suar. de Censur. dist. 3. 1. sect. 1. num. 43. Filiuc. tract. 20. num. 190. Diana p. 4. tr. 2. resol. 55.

69 Potest alicui vna & eadem die Episcopus (aut Abbas hac fruens potestate) omnes minores Ordines conferre ex rationabili causa: non verò primam simul tonsuram, & minores Ordines, præcisâ legitima consuetudine. Quia non tolluntur à Tridentino consuetudines ambiguae, nisi vbi id præcisè declarat: sic fuisse declarationem à sacra Congregatione restantur Suar. de Censur. dist. 31. sect. 1. num. 41. Mirand. tom. 1. q. 38. art. 8. concl. 2. Sorbus v. Ordines sacri. Rodrig. tom. 1. Regul. quæst. 23. art. 4. & in sum. part. 2. cap. 16.

70 Imò seclusa consuetudine nostra iam tempore ex causa stare licet Episcopo eadem die ex causa iusta

minores omnes & etiam Subdiaconatum conferre. Quia id nullo iure Canonico est vetitum: simul minoribus, & Subdiaconatum conferre. & in Tridentino sess. 23. cap. 13. de reformat. solum prohibetur duos Ordines factos eidem eadem die conferri. Gutier. lib. 1. q. 99. Canon. q. 26. num. 31. Molfes. tract. 2. cap. 8. Vasq. dist. 2. 46. cap. 5. num. 48. Diana p. 2. tract. 16. resol. 28. Solent laudabilius Episcopi die antecedente Sabbathum Ordinationum, minoribus ordinandos initiare, vt sequenti die eosdem ex causa iusta ad Subdiaconatum promoueat. Quam consuetudinem in Hispania vigere testor cum Vasquesio citato.

71 Sexto requiritur, vt ordinandus non sit aliqua Censura præsertim excommunicatione interdictus. Quia priuat excommunicatione Sacramentorum susceptione. Nauar. cap. 25. n. 69. Suar. de Censur. dist. 31. sect. 1. n. 57.

72 Septimo requiritur ordinata receptio, id est, vt non prius altior Ordo, quàm inferior assumatur: quamuis Ordo collatus sit validus, nec repetendus. Excipe Episcopatum, qui ante Sacerdotium, validus non esset. Porro Ordinatus per saltum est ipso iure suspensus ab Ordine, quem per saltum suscepit: estque impediens, ne alios Ordines, si qui recipiendi restarent, recipere valeat. Cap. vnic. de Cler. Ordin. per saltum. Cap. Sollicitudo, dist. 52. Trident. sess. 23. c. 14. de reformat. Si verò in hoc Ordine male suscepto ministraverit, vel nouum suscepit, irregularis efficitur.

73 Octauo requiritur titulus ad sacros Ordines recipiendos: qui triplex est, vel Beneficij, vel Patrimonij, vel Paupertatis, seu professionis solemnis in Religione approbata. Ad quam reuocatur titulus Societatis nostræ post biennium probationis. Ex cõcessione enim Gregorij XIII. post vota simplicia etiam ante solemnem professionem Religiosi Societatis quemcunque Ordinem sacrum possunt recipere de Præpositi Generalis mandato.

74 Quæ mala fide per fraudem sine titulo promouetur, suspensionem incurrit: sicut & ille, qui recipit sacros Ordines sine patrimonio, vel Beneficio, gerendo pactum cum Episcopo ordinante ante Ordinis susceptionem, vel cum patrono præsentante, non petendi victum. Auila 3. rit. part. dist. 5. dub. 4. Nauar. Consil. lib. 1. cons. 15. Suar. de Censur. d. 3. 1. num. 33. Et ex Cap. si quis, de simonia habetur, Episcopum vel patronum præsentantem per triennium esse suspensum.

75 Hac tamen suspensione non afficitur, qui postquam Ordinem Subdiaconatus suscepit, ad titulum patrimonij sibi donati, illud resignauit susceptione, qui in fauorem donatoris, vel alterius, & deinde absque nouo titulo promotus est ad Diaconatum, vel sacerdotium. Quia hic non dicitur recepisse Diaconatum, aut sacerdotium sine vero patrimonij titulo: cum talis renunciatio ex decreto Tridentini sess. 21. cap. 2. de reformat. prohibentis, ne pensio, aut patrimonium, ad cuius titulum quis fuit ordinatus, absque Episcopi licentia alienari, aut remitti possit, donec is Beneficium Ecclesiasticum sufficiens fuerit consecutus: vel aliunde habeat, vnde viuat. Quaranta v. Ordo. Henric. lib. 13. cap. 37. n. 2. Rodrig. sum. p. 2. cap. 15. n. 4. Ledesm. de Ordin. cap. 7. difficult. 3. concl. 6. Toler. lib. 1. cap. 49. n. 5. Diana part. 3. tract. 4. resol. 184.

CAPVT V.

De Ordinis Effectibus.

ORDIS Sacramentum duplicem habet effectum. Primus est, duplicem gratiam impertiri, habitalem scilicet, in quantum est Sacramentum, seu iustificantem augendo ipsam ex opere operato, & propriam, qua digne qui recipitur Ordo à suscipiente ministratur. Quia cum Dei opera sint perfectissima, nunquam alicui Deus aliquid minus confert, quin etiam illi tribuat media necessaria ad tale munus rectè exercendum. Sicut igitur in Baptismo confertur gratia ad reliqua Sacramenta digne recipienda, ita in Ordinatione gratia iustificans datur, qua sanctè ac religiose eadem Sacramenta possint administrari. Hoc Catholica fides edocet contra hereticos nostri temporis, qui dicunt Sacramenta non esse causas gratiae, sed solum instar picturae commonefacere, & excitare fidem. Trident. sess. 7. can. 8. D. Thom. in suppl. 3. part. quest. 35. art. 1. Sylvi. ibi. Bonac. de Ord. q. unic. punct. 6. num. 3. Marchin. tr. 1. part. 3. c. 1. Filiuc. tr. 9. c. 3. num. 52. & 53.

Secundus effectus Ordinis est Character, qui imprimitur tam in maioribus, quam in minoribus Ordinibus, & integrè confertur, cum integra materia & forma complectur in singulis. Quia per quemlibet Ordinem aliquis constituitur supra plebem in aliquo gradu potestatis ordinatae ad Sacramentorum dispensationem. Deinde omnes Ordines semel suscepti perpetuo manent, nec unquam iterantur, ut probat totius Ecclesiae perpetuus consensus. Propterea Tridentinum damnans haereticorum dogma asserentium noui Testamenti Ministros temporariam solum potestatem habere, semelque Ordinatos posse iterum fieri laicos: definiuit sub anathemate, in Sacramento Ordinis Characterem imprimi. sess. 7. can. 9. & sess. 23. can. 4. Valsq. tom. 3. in 3. p. d. 243. & 244. Reginald. l. 3. o. num. 3. & 16. Sayr. de sacr. l. 5. c. 1. q. unic. art. 2.

Est autem Character quaedam qualitas supernaturalis indebilis animae inhaerens: qua quasi quodam signaculo Ordinatus à non Ordinatis distinguitur, & ad munia & officia Ordinis suscepti exercenda destinatur. Omnia enim Sacramenta, quae reiterationem excludunt in illius signum hunc effectum habent. Cum ergo tam ordines maiores, quam minores reiterationem excludant, & illis ordinati ad diuersa munia destinantur, singulis Ordinibus suus Character imprimitur. Valent. d. 9. q. 2. punct. vni. Coninch. d. 20. dub. 8. Bonac. dist. 8. q. uni. punct. 6. num. 3.

Proprium est Sacrorum Ordinum, ut cœlestibus Ecclesiasticis iure onus habeant adiungere. Quis non iure diuino. Quia Tridentinum sess. 24. can. 9. sic prescribit. Siquis dixerit, Clericos infra scriptos posse Matrimonium contrahere, contrariumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto, anathema sit. Quibus verbis cœlibatum Sacrum virorum, non in diuinum aliquod preceptum, sed in legem Ecclesiasticam Esob. & Mend. Theol. Moral. T. III.

quoad Clericos, & in solemne votum quoad professos, Patres Concilij reulerunt. Ergò manifestum est, prædictorum cœlibatum non à iure diuino, sed ab Ecclesiastico ortu habuisse. Quod ex eo confirmatur, quia talis lex diuina positua neque ex scriptura sacra, neque ex Patrum traditione colligitur. D. Thom. 2. 2. q. 88. a. 1. 1. Bellarm. lib. 1. de Cler. c. 18. & 19. Caiet. tom. 1. Opusc. tr. 27. Laym. lib. 5. tr. 9. c. 11. n. 1. Marchin. tr. 2. p. 6. c. 8. diff. 1. Hurtad. tr. de Ord. diff. 24.

Certum quidem est, nec licita, nec valida apud Græcos fuisse coniugia inita post Sacerdotium susceptum: & id semper in omnibus Catholicis Ecclesiis etiam Orientalibus obseruatum esse constat, ita ut nullo ex omnibus sæculis desumpto exemplo, hæretici nostri temporis ostendere possint, Sacerdotem id est, Episcopum, vel Presbyterum cum approbatione Ecclesiae Orientalis uxorem duxisse. Ideò probabile est, iure diuino à nouo Matrimonio contrahendo Sacerdotem prohiberi. Quia licet id in Euangelio non exprimat, tamen videtur obseruatum à tempore Apostolorum: quod indicat Christi Ordinationem, nam statuti huius principium ignoratur. Quamuis Pontifex auctoritate Christi ex graui causa possit cum vno aut altero Sacerdote dispensare, ut ducat uxorem. Bellarm. lib. 1. de Cleric. c. 18. Maior in 4. dist. 24. q. 2. Couarr. de Matrim. p. 2. cap. 6. §. 3. Azor. tom. 1. lib. 13. c. 14. q. 7. Henric. lib. 10. c. 14. num. 5. Filiuc. tr. act. 9. n. 66. Sanch. de Matrim. lib. 7. dist. 28.

Quædam tamen in locis permixtum fuisse Diaconis uxores ducere, si in susceptione Ordinis continentiam non promiserant, colligi videtur ex Concilio Ancirano cap. 10. De Subdiaconis vero ex Gregorio lib. 1. Epist. 22. ad conu. Petr. Diacon.

CAPVT VI.

De tempore, quo sint Ordines conferendi.

EX generali Ecclesiae consuetudine prima tonsura quouis tempore, quocunque die festiua, aut feriata potest impertiri. Ita Doctores ad cap. penult. de tempor. Ordin. Minores Ordines quæcunque diebus Dominicis, ac festis solemnibus, modo non sint tot Ordinandi, ut generalis Ordinatio videatur, quæ solis præscriptis temporibus etiam quoad minores est peragenda. Ex iusta tamen causa minores conferri possunt in ieiunio Quatuor temporum ante Sabbathum: & hoc pluribus in locis consuetudine introductum est, ne quis in eodem Sabbathi die simul Ordines minores, ac Subdiaconatum accipiat: quamuis id non sit prohibitum. Quinimò in rigore iuris nec videtur veritum, quasunque die minores conferre. cap. Quando dist. 75.

Ordines sacri solis præscriptis temporibus generalium Ordinationum tradi possunt, nempe in Sabbatho Quatuor temporum anni, & in Sabbatho ante Dominicam Passionis, & in Sabbatho ante Dominicam Resurrectionis. Cap. sunt. De eo autem, de tempor. Ordin. S 3

Quam

80

Nunquam coniugia inita post Sacerdotium fuisse licita, nec valida.

81

Quædam in locis permixtum fuisse Diaconis uxores ducere, si in susceptione Ordinis continentiam non promiserant, colligi videtur ex Concilio Ancirano cap. 10. De Subdiaconis vero ex Gregorio lib. 1. Epist. 22. ad conu. Petr. Diacon.

82

Quædam in locis permixtum fuisse Diaconis uxores ducere, si in susceptione Ordinis continentiam non promiserant, colligi videtur ex Concilio Ancirano cap. 10. De Subdiaconis vero ex Gregorio lib. 1. Epist. 22. ad conu. Petr. Diacon.

83

Ordines sacri solis præscriptis temporibus generalium Ordinationum tradi possunt, nempe in Sabbatho Quatuor temporum anni, & in Sabbatho ante Dominicam Passionis, & in Sabbatho ante Dominicam Resurrectionis. Cap. sunt.

SCOBAR
Theol. Moral.
Tom. II. IV.
F. IV.

84 Quamvis propter reuerentiam Ordines siue maiores, siue minores conferri debeant ab Episcopo inter Missarum solemnias, & ieiunio, ut con-
Ordines ma- iores & mi- niores valide extra Missarum solemnias conferri va- lent.
 fult Tridentinum *sess. 23. c. 8. de reformat.* Si ta-
 men secus fiat, Ordinatio tenet, nec vllam Or-
 dinatus suspensionem incurrit, dummodo ser-
 uetur vera forma, & materia Ordinationis.
Marchin. de Ordin. tract. 1. part. 7. cap. 5. nume- ro 17. & 18.

85 Licebit Episcopo aliquando ex iusta causa
Licet Episco- po, aliquando ex iusta causa Ordines ma- iores die Do- minica con- ferre.
 maiores Ordines die Dominica conferre, nempe
 mane diei Dominicae immediatè sequentis ge-
 neralem Ordinationem: si in Sabbatho ob or-
 dinandorum ingentem numeram Ordinationes
 expediri non poterint: dummodò continue-
 tur ieiunium Ecclesiasticum tam ab Ordinante,
 quam ab Ordinando. *Cap. Quod à patribus, dist. 7. 5.* Quia in eo casu fìctio Canonica ma-
 ne diei sequentis trahitur ad vesperam Sabba-
 thi precedentis: & sic Ordines dicuntur in
 Sabbatho assignato conferri. *Hentiq. lib. 10. c. 12. n. 2. Syluest. v. Ordo 2. q. 6. Villalob. in sum. tom. 1. tr. 1. diff. 13. Marchin. tr. 2. p. 7. c. 5. n. 9. Diana p. 2. tr. 16. resol. 28.*

86 Ordinatus extra tempora legitima absque
Ordinatus extra tempo- ra siue dispen- satione suspen- sione ab exe- cutione Ordinis incurrit.
 speciali summi Præsulis dispensatione suspen-
 sionem ab executione Ordinis incurrit, ut ha-
 betur in Extravag. Pij II. *Cum ex sacrorum.* Et
 hæc suspensio est perpetua à solo Papa dispen-
 sabilis. *Barbos. de potest. Episc. all. 17. n. 14. Bonac. de Censur. d. 5. q. 6. punct. 5.* Scio tamen Episcopum
 posse ab hac suspensione absoluerè, si sit oc-
 culta ex *Trid. sess. 24. c. 6. de reform.*

87 Verum Episcopatus non potest nisi in die
Episcopatus nequit nisi in Dominica die conferri.
 Dominica conferri, ut constat ex antiqua Ec-
 clesiae praxi, & tradit *leo 1. Ep. 79. c. 1. & refer- tur in Cap. Quod die, dist. 7. 5.*

88 Religiosi possunt extra tempora Ordines re-
Religiosi pos- sunt extra te- pora ex varijs priuilegijs Or- dinari.
 cipere. Quia ad hoc varijs priuilegijs potiuntur.
 Extat inter præcipua priuilegium Gregorij
 XIII. pro nostra Societate, quo præcipit ordi-
 nariis ut Iesuitas suorum superiorum licentiam

habentes Ordinent etiam extra tempora in tri-
 bus festis continuis, & non seruatis interstitiis,
 & absque vlla Ordinum expressa functione,
 nec eos circa cantum, officia, aut ceremonias
 Ecclesiasticas vocitent ad examen. At quam-
 uis idem Gregorius prohibuerit, hoc priuile-
 gium alijs Ordinibus priuilegia Societatis par-
 ticipantibus communicari: & ideo Suanus no-
 ster *de legib. lib. 8. cap. 17. num. 8. Vaquez tom. 3. in 3. part. dist. 246. cap. 5. num. 50. & Hurtado Complutensis tract. de Ordin. difficul. 23. asse- ruerint*, hoc priuilegium ita societati esse pro-
 pium, ut alijs Religionibus non communice-
 tur, etiam in priuilegijs eiusdem participant:
 nihilominus alijs Ordines, ut Theatini, & Bar-
 nabita hoc priuilegio potiuntur. Quia alijs
 Pontifices post Gregorium XIII. his Ordini-
 bus absque vlla limitatione concesserunt Socie-
 tatis priuilegijs sui. *Marchin. tract. 1. part. 7. cap. 7.* Præterea eodem priuilegio potiuntur
 Fratres Minores, & ij, quorum priuilegia fe-
 ctantur, concessis scilicet, & concedendis. Quia
 Clemens VIII. & Paulus V. priuilegia Fratrum
 Minorum ex certa scientia, motu proprio, & de
 plenitudine potestatis confirmarunt. Ad hæc
 idem priuilegium Monachis D. Hieronymi, &
 S. Benedicti Alexander VI. & Eugenius IV.
 concessere: quod non esse à Tridentino reuo-
 catum, docent *Rodriguez tom. 1. q. 9. Regul. q. 55. artic. 17. & tom. 3. quest. 23. art. 5. Barbos. de po- test. Episc. allegat. 17. part. 1. num. 6.* Denique
 testantur *Portellus de dub. Regul. v. Ordines sa- cri, num. 4. & Diana part. 3. tract. 2. resol. 31. & 112.* Simile priuilegium Ordini siue Con-
 gregationi S. Iohannis Euangelistæ in Portu-
 galia fuisse à Clemente VIII. die 23. Nouem-
 bris anno 1596. concessum: ut scilicet pos-
 sint Ordinibus initiari extra tempora, & per
 quemcunque Episcopum tribus Dominicis,
 vel festis continuis, vel interpolatis, non
 seruatis interstitiis à Tridentino designa-
 tis.

SECTIO SECVNDA.

De Ordinis Sacramento, Problemata.

CAPVT VII.

Circa naturam, quidditatem, ac nume-
 rum Ordinum.

PROBL. I.

Prima Tonsura est, & non est verus
 Ordo Ecclesiasticus.

89
Verus est Or- do,



ERUS est Ordo. Quia in Cap.
Cum contingat, de aetate & qualis.
 Ordinanda, prima Tonsura voca-
 tur Ordo Clericalis, & eodem no-
 mine vocat Glossa ad cap. Nullus,

de temporib. ordinat. in 6. Et quia Tonsuræ ini-
 tiati Clericibus gaudent priuilegijs, sunt enim
 capaces Beneficiorum, quorum sunt incapaces
 laici. Sic Canonistæ Nauar. in *Manu. cap. 22. num. 18. Couar. in cap. Quia nos, n. 4. de priuileg.*
 Cardin. Alexandr. in *cap. Clericos dist. 21. Garcia de Benef. p. 7. c. 1. n. 2. Barbos. de Offic. & potest. Episc. alleg. 2. n. 16. & 17.* & alij multi apud No-
 uarium *tract. 1. p. 1. n. 1.*

Verus Ordo non est Quia Patres & Concilia,
 dum omnes alios Ordines enumerant, primæ
 Tonsuræ non meminerunt. Et quia Ordo, quod
 est Sacramentum Ecclesiæ constat materia &
 forma: sed Tonsura nullam habet formam, licet
 habeat pro materia capillorum abscissionem: ergo
 Tonsura non est Ordo. Minor probatur, nam
 verba illa relata in Pontificali Romano: *Domi- nus pars hereditatis meæ, &c.* sunt ceremoni-
 alia, non substantialia: quare etiam sine illorum
 prola